Benedictionale ſiue Agenda ſecundū ritū et cōſuetudinē Jngenue eccl'ie Miſnenſis Incipit feliciter. Jn die Epiphanie dn̄i Auri thuris et Mirre benedictio.

Ancti ſpiritus aſſit nobis gratia Amen. ℣. Adiutorium nr̄m in noīe dn̄i. Qui fecit celū et terrā ℣. Reges tharſis et inſule munera offerent Reges arabū et ſaba dona adducent. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiſcū et cū ſpū.

Domine deus om̄ipotens Oremus. cui aſtat exercitus angelorꝝ reſpicere dignare ✠ bn̄✠dicere hāc creaturā inceſi ut om̄is languor demonūq; inſidie odorē ipſius ſenciētes fugiant et ſeparent̄ a plaſmate tuo qd̄ filij tui p̄cioſo ſanguine redemiſti: ut nunq̄ ledat̄ a morſu ſerpētis antiq̄. Per eundē dn̄m nr̄m iheſum chriſtū.